

Johann Quistorp

**Johannes Quistorpius, D. & Theol. Facultatis Senior p. t. Rector & Decanus. Suo
ac Theologicae Facultatis nomine ad Inauguralem Disputationem die 7.
Novembris A Viro Reverendo & Clarissimo Dn. M. Hermanno Schuckmanno, S.S.
Theologiae Professore habendam Omnes ac singulos Academiae Cives amice
invitat**

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73803990X>

Druck Freier  Zugang



Praeses i. J. Quistorpius
Kt. H. Schuckmann Quistorp, Johann/c
R. N. theol. 1644.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn73803990X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn73803990X/phys_0002)

DFG

Præfacing

JOHANNES QUI-
STORPIVS, D. & Theol.
Facultatis Senior p. t. RECTOR
& DECANUS.

*Suo ac Theologica Facultatis nomine
ad INAUGURALEM DISPUTATIONEM
die 7. Novembris*

*A VIRO REVERENDO & CLARISSIMO
DN. M. HERMANNO SCHUCK-
MANNO, S.S. Theologiae
Professore*

habendam


*Omnes ac singulos Academia Cives
amicè invitati.*

os(O)so

*ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILLI, Academia Typogr.
ANNO M. DC. XLIV.*



1644



IOHANNES QVISTOR- PIUS, Theologiae Doctor, Pro- fessor, & Decanus.



T numero pluri-
ma & pondere gra-
via sunt illa, que
DEI benignitas, clem-
entia, ac misericor-
dia in genus huma-
num & contulit, &
confert beneficia.

Nihil habemus, quod non gratis à DEO ac-
ceperimus, quidquid sumus, quidquid pos-
sideremus, à misericorde & clemente D E O
est. Quod Angelos, quod mundum condi-
dit, D E I benignitas est. Si sibi condidisset,
potentia & sapientia ejus commendari po-
tuisset, quoniam autem illa nobis condidit,
quis ejus non cernit in homines benignita-
tem ac misericordiam? Cui volvuntur

orbes cœlestes, cui sol de die, luna de nocte
lucet, nisi homini? Cujus usibus, imbris
gravidae nubes arva rigant, nisi hominis?
cui spirant auræ, cui fluunt amnes, scatent
fontes, æstuant maria, stagnant lacus, cui
tellus fœcunda tantum gignit animantium,
tantam vim protrudit frugum, tantum fun-
dit opum, nisi homini? Cuncta enim hæc
benignissimus rerum omnium conditor
homini subjecit, solum hominem sibi sub-
iectum esse voluit. Quin quod his subli-
mius est, ipsos angelos, cœlestes illos genios
debemus misericordiæ & benignitati Do-
mini. Nonne omnes sunt ministrato-
rii spiritus, in ministerium missi proptereos
qui hæreditatem capiunt salutis? Hinc
in veteri pariter ac Novo Testamento sæ-
pius legimus angelorum ministerio refo-
cillatos esurientes, liberatos captivos, de-
fensas regiones, depullos hostes, læto nun-
cio recreatos bonos. Quid hac Domini
in nos benignitate exellentius: homini-
culis inservire angelos?

Quemadmodum bona hæc recensita,
& quæ taceo plurima alia, homines divinæ
accepta ferimus benignitati: Ita & quod
mala.

mala quæ in aliis cernimus, nos non premunt, divinæ benignitatis est. Non es natus claudus, cœcus, surdus, gibbo gravatus, aut aliqua alia corporis macula deformis, non es hebetis ingenii, quemadmodum nascuntur multi alii, divinæ misericordiæ est. Quicquid malorum accidit, alii, tibi accidere potuisset, nisi divina avertisset benignitas. Qvum Physiognomus quidam de Socrate affirmaret, esse eum hominem qui luxu dissfluat, immoderata libidine seateat, avaritia fæteat, discipuli, quibus perspecta erat summa præceptoris temperantia, ridebant vatem, sed Socrates & illos coercuit, & illum defendit, recte ille hæc de me dixit. eram omnia hæc, nisi me Philosophia docuisset temperantiam. Quod Socrates Philosophiæ tribuit, hoc nos rectissimè divinæ in nos benignitati & clementiæ ascribimus. Quamvis autem hæc quæ dixi, quæq; à divina misericordia & benignitate habemus, magna sint, superat tamen hæc omnia, ille DEI in nos amor, quod filium suum unigenitum nobis dedit, & pro nobis moti voluit; nec hoc solum, sed &, quod in hoc,

A 3

nos,

nos, qui gehennam & mortem æternam
promeriti eramus, sibi adoptat filios, &
omnium cælestium bonorum hæredes.
Quæ lingua, quis calamus hæc digne de-
prædicare, quæ mens incredibilem hanc
DEI in nos misericordiam concipere po-
test? De indicibili hoc, & omnem captum
humanum & angelicum longissime supe-
rante divino amore, Apostolus Johannes
agens, *Verbum*, inquit, *caro factum est.*
Quælo te cui fini? num ut DEI filius sibi
quid acquireret? minime; habuit is ab æ-
terno omnia. Sed factus est filius DEI ho-
mo, ut homo fieret filius DEI. Et hoc ma-
nifeste idem Johannes Evangelista. *Quot-*
quot, asserens, receperunt eum, his dedit po-
testatem filios DEI fieri.

De tanto hoc, & omnem captum excep-
tienti DEI in nos, ex immensa ejus misé-
ricordia & benignitate profecto beneficio,
Reverendus & Clarissimus Vir DN. M.
HERMANNUS SCHUCK-
MANNUS, Sacro Sanctæ Theologiæ
Professor eximius, jussu Collegij nostri
Theologici theses consignavit. Super qui-
bus,

bus, pro summis in Theologia honoribus Doctoreis impetrandi, ipse cum illis, quibus in ejus eruditionem, quam nobis in privato examine abunde probavit, inquirere placet, sermones sociabit. A vobis Academiæ cives honoratissimi, nec à vobis tantum, sed & ab omnibus, quibus jus illud, filios D E I fieri, in codice Sacro offerunt, amice contendimus, adeste, de summo hoc beneficio differentem audite, & linguis & animis Domino Candidato favete. Qui omnibus ac singulis hujus sibi exhibiti beneficij memorem animum pollicetur. Et qvum nulli dubitemus, quin singuli, super hoc insigni à D E O ingenio humanum collato beneficia, dissertationes & Colloquia avidis auribus sint audituri, frequentiam nobis spondemus. Ad nugivendulum, & clamoribus suis nobis imponentem (agyrtam) confluere videamus multitudinem longe maximam: Et super tanto salutis mysterio ex Schola Spiritus Sancti differenti non aures frequentes

quentes præberemus? Adeste, & quam
vobis animo sit Vesta salus facta doce-
te. P.P. Rostochij Sub Sigillo Facul-
tatis Theologicæ 3. Novemb.

Anno 1644.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73803990X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73803990X/phys_0011)

DFG

bus, pro summis in Theologia hon-
bus Doctoreis impetrandi, ipse cum i-
quibus in ejus eruditionem, quam n-
in privato examine abunde probavit,
quirere placet, sermones sociabit. A vo-
Academiæ cives honoratissimi, nec à ve-
tantum, sed & ab omnibus, quibus ju-
lud, filios D E I fieri, in codice Sacro o-
tur, amice contendimus, adeste, de si-
mo hoc beneficio differentem audite
linguis & animis Domino Candidate
vete. Qui omnibus ac singulis hujus
exhibiti beneficij memorem animum
licetur. Et qvum nulli dubitemus, c
singuli, super hoc insigni à D E O in-
nus humanum collato beneficio, di-
tationes & Colloquia avidis auribus f-
audituri, frequentiam nobis spondemus.
Ad nugivendum, & clamoribus suis
bis imponentem (agyrtam) confluere v-
mus multitudinem longe maximam:
super tanto salutis mysterio ex Sch-
Spiritus Sancti differenti non aures

que-

